

**R**atisbona insignis et memorie digna  
 urbs ac libera ad ripas danubij sita: a  
 Liberto Nerone condita: anno quo xps  
 ihesus pro salute generis humani passus est.  
 Batorarie olim metropolis hanc regionem anti-  
 quitus norici tenuere. Cuius adhuc portio trans  
 danubium sita noricum appellant. Noricis autem  
 batorarios successisse. Et cum reperta vetustissi-  
 mos codices hanc batorariam appellant: quas  
 moderni bavariam dicunt. et a bois bavaricum  
 nomen descendisse persuasum est. Cui Strabo vi-  
 res adhibet romani batos galloz gentes e fini-  
 bus iecerunt. Inde migrantes circumiacetes hi-  
 stro loco cuius theauris habitauerunt. Constat igitur  
 eos in pannonia consedisse: et inde facile in no-  
 ricum continuam regionem migrasse. Quam olim de-  
 ferta ut Strabo tradit nunc cultissima est. ma-  
 gnas et ambitiosas ciuitates habes et oppida  
 nobilissima. Ratisbona vero ornatu ceteras ex-  
 cellit. Pontificales urbes in ea quinque sunt: qua-  
 rum nunc metropolis est Salzburga vocata ex  
 flumine cui adiacet. veteres iuuauia vocauerunt.  
 Ratisbonensis autem episcopus olim clarissimus fuit: cui et  
 tota bohemia subiecta erat. hec urbs septem no-  
 bis insignita fuit. quibus in suis iuribus et libertatibus  
 claruit. Primo a sui conditore Liberto vel Li-

burina dicebatur. Libertus enim iunior augusti vxo-  
 ris filius: et ipsius augusti preuignus: quem cum au-  
 gustus in filium adoptasset: mox magno exercitu  
 cooperato contra noricos et vndelicos misit: qui  
 eos in prelio superauit et hanc urbem apud noricos  
 edificauit. Secundo urbs quadrata longo tpe di-  
 cta. cum ad quadratam figuram et quadratis lapidibus  
 magnis muro circumdata fuit vti in reliquis ve-  
 terum muroz retro sanctum paulum cerni potest. Tercio  
 hyatopolis vel hiaspolis ob ruditate populi agre-  
 stis: qui ore hiante ut rurales finitimi faciunt ver-  
 ba hyantia proferebant. vel ab hyantiu aquam ppe-  
 ciuitate confluentem cum danubio naba et ymber tce-  
 fluium in latere aquilonari confluentem. Quarto ger-  
 meinheim a populo germanie qui eam frequenter  
 solebant: vel a germanico qui ciuitati presuit.  
 Quinto reginopolis ob frequenter conuentiones  
 principum et regum ut hodie aree turres ac excelsa  
 edificia magnatorum ostendunt. Sexto imbrupolis a  
 fluuio: cui ymber fluuius septentrionem versus in dan-  
 nubium fluit. et vernacula lingua hoc nomen regen-  
 spurg adhuc seruat. cum in tali confluentem olim ciui-  
 tas incepta fuit. Septimo ratisbona dicitur. cuius ra-  
 tes ob mercimonia et tpe karoli magni ad bella  
 ibi confluebant: et tamquam firmiter sita et edificijs ro-  
 borata: hodie ratisbona appellatur Danubio autem

fluuius germanie maximus. qui et hister dicitur  
 ut Solinus habet germanicis iugis oritur: mon-  
 te effusus qui rauracos gallic aspectat. Sexagi-  
 ta annos in se recipit ferme omnes navigabiles:  
 hanc urbem insignem preterfluit. Et firmissimo  
 ponte lapideo plurimorum artium ciuitatem cum subur-  
 bio iungit. De quo scribitur. Pons fieri cepit dñi  
 dum annus inceptit. Mille centenus decem semis  
 denis. Karolus magnus christianissimus imperator  
 cum armis batoraria sibi subiecit: et tarilo batoa-  
 rie dux desiderij regis longobardorum gener: quem  
 prius deuicit stimulis vxoris concitatus huius si-  
 bi perfidibus sollicitatis bellum in karolum mouet.  
 Is sua celeritate pacem confecit obsidibus ante rece-  
 ptis. urbem ratisbonam tunc quadratam dictam aggressus  
 conuersus in eos qui eam occupabant a fide nostra alie-  
 nos. Et eas vi cepit coegitque ut christi fide integre  
 reciperent. In eo bello magna cedes hominum ante  
 ratisbonam edita. Et magna multitudo infidelium  
 ac huiusmodi absumpta de suis quibus aliquos amisit: qui in  
 basilica sancti petri extra muros urbis sepulti sunt.  
 Ab eo tpe hec inclita urbs magnam incrementum  
 accepit. Basilica quoque decorata episcopali summo: in  
 honore tandem sancti petri dicata: prius ob fraternita-  
 tem canonicorum ratisbonensium et remedium ecclesie sancti  
 remigij appellata. Opus preclarissimum in urbe

nondum completum. Et cenobio sancti Emmerami or-  
 dinis sancti benedicti amplissimo: monasterioque dñi a-  
 rii plura habet: precipue superius monasterium virgi-  
 nis gliose. Inferius in quo diuus Erhardus episcopus  
 quiescit. Plures in ciuitate domus consecratas ec-  
 clesias habet: et proprias sacerdotes. Arnolfus autem  
 imperator qui hunc locum pre ceteris imperii locis su-  
 me dilexit. mirum ampliauit et monasterium sancti  
 emerami inclusit et plurimum adornauit. A cede  
 enim normannorum rediens batoraria offa sancti dion-  
 ysi artopagite in fine sue etatis cenobio tradi-  
 dit cum libro euangeliorum ornatissimo ac lris aureis  
 prescripto: et demum apud eos sepultus. Ornat et hanc  
 ciuitas glorioso martyre sancto Emmeramo episcopo:  
 et sancto wolfgango eius loci undecimo episcopo: qui mi-  
 ra apud eos gessit: monasteriumque sancti pauli instru-  
 xit. Albertus quoque magnus omnium doctrinarum peritissi-  
 mus apud eos episcopus rexit. Ideo de his patro-  
 nis per ratisbonenses scribitur.  
 Gaude ratisbona super excellentia bona  
 Concludis duo bis in te gratissima nobis  
 Corpora sanctorum sacer est dionysius horum  
 In numero primus emeramus laude nec minus  
 wolfgangus erhardus neuter medicamine tardus  
 Quatuor istorum precibus necnon aliorum  
 Hic contentorum ducamur ad astra polorum

§ R A T I S B O N A §

